



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis
Expositio**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Bona fides, an licitum lucrum ex Mutuo reddat? parag. 1.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

tandi. Nihilominus, nec illam vendere potes, quia in dando mutuo, per quod fit Beneficium Mutuatario, semper involvitur aliqua commoditas ipsi donata à Mutuante, & consequenter aliqua incommoditas à Mutuante suscepta.

4. Quod si magna, & extraordinaria esset ejusmodi Mutuantis commoditas, qua seipse puerat, certè tunc vendi posset, quia ille excessus esset pretio estimabilis supra rationem mutui, & reduceretur, sive ad caput molestiae, de qua cap. 3. §. sexto dictum est, & iterum dicetur cap. 5. §. 3. sive ad damnum emeagens, &c.

§. VII.

An pro dilatione redditionis Mutui, aliquid exigi possit?

1. D Ebebam Petro, ex mutuo mihi ab ipso concesseo, ducentos aureos, reddendos hinc ad duos annos: pacifcor ergo cum illo, ut in fine secundi anni solvam eidem Petro centum, ea lege, ut pro aliis centum det dilationem mihi ulque ad finem tertii anni: estne Usura?

Respondeo. Est, sive Usura, sive Injustitia; hoc enim modo aggrava Creditorum, ut exspectet usque ad tertium annum, ad quod non obligatur.

2. Dices. Si dicta dilatio est cum dicto pacto Usura, ergo esset etiam Usura, vel certè Injustitia, quando Ministri Principum, seu cuiuscunq; Domini à debitoribus Principis, vel Domini aliquid accipiunt, ut eosdem debitores exspectent ultra tempus præfixum.

Respondeo. Concedo sequelam, hoc enim sine dubio delictum est, ut habet Delugo, a quia, pretio accepto, concedunt debitoribus dilationem, quam dare nou possunt, in dampnum Domini, in cuius præjudicium sit dilatatio Mol. tio. Lege eundem distinctius de hac dilatio Salas, & similibus horum Ministrorum negotiationibus agentem, de quibus etiam nos b Lib. 8 ineginimus b suo loco. Decal. Tr. 3. Quod si contractus num. 1. allatus fiat 1.6.7. 3.8. alio modo, sic: Ex Mutuo tibi debes ducentum post duos annos: Pacifcor ergo nunc dare centum post primum annum; modo tu pro aliis centum exspecte annum alium, nempe usque ad tertium,

non c esset Usura, ut superius docuimus, c Caram. nam esset compensatio gravaminum, esset lib. 2. Theque contractus innominatus, quo das tuum ol. mor. d. gravamen reddendi illa centum post annum, 14. no. cum potuisse post duos, ut Petrus de suum 748. cuius gravamen expectandi pro aliis centum, usque verba ad tertium annum, cum potuisse exigeret cribit dia- post annum secundum. nap. 9. Tr.

4. Alium modum effugiendi Usu am, in 6. Ref. 24. hoc casu, relinquendo contractum Mutui, afferit Delugo loco cit. num. 57. si nimirum dicta dilatio, & solutio fiant voluntarie cum libertate utriusque; sed certè erit sic grave periculum palliandi Usuram, quod periculum videbis clarius postquam legeris ea, quæ afferam inferius c. 5. §. 4.

C A P U T V.

Casus in Mutuo Usuram sub dubio continentes.

§. I.

Bona fides an licitum lucrum ex Mutuo reddat?

1. D Edi tibi mutuos centum cum pacto, ut post annum redde es centum, & decem, ignorans invinci- d Leff. lib. biliter, hanc esse Usuram: putabam enim, 2. c. 20. posse id justificari, bonaque omaino fide pro- n. 105. cessi, si enim Usu am agnovissem, alium te- e Sà V. V- cum, vel cum alio contractam celebiassem, sura nu. 8. nempe contractum veri Cambii, Cenfus, f Lib. 1. in Emptionis fructum anticipato, (quem con- Decal. Tr. tractum ad Meram paulò superius appellavi- 3. c. 8. §. 3. mus) vel similem: quo contractu justo, om- à nu. 21. nibus expensis, lucratus aureos decem supra g Delugo meam fortem suissem, licetene ejusmodi d. 25. de decem aureos à te possum exigere i Inst. sec. 9.

2. Respondeo. Certè dubia res est hæc. Diana p. 1. Lessius & tamén probabile putat, justè posse, Tr. de con- quando Mutuans exprimit, le velle contra- tract. Ref. here omni meliori modo, quo potest. Sà 47. & 1. 3. verò e absolue concedit. Quoniam verò Tr. 5. mis- idem Lessius ibidem advertit, non facile tel. ref. 92. practicè id esse usurpandum, ideo nobis ad Tenerus proxim temper intentis, hanc difficultatem 2. 2. disp. inuisse, sufficiat, quam nihilominus alibi f 4. q. 7. examinavimus latè, & poterit legi Lessius dnb. 3. nn. loco citato, aliisque. g 99.

SSS 2

§. II.